

Auersans quacunq; Deus, vel mandat honestas.
 Tu uicunque Deus, morumq; probatur honestas,
 Romanam inde fidem & Romanos noscito mores.

IN ARCEM PONTIFICIAM, QUAM S.
 Angeli vocant, olim Hadriani Cæ-
 saris sepulchrum.

Cæsareos cineres qua moles clauserat olim;
 Arx est Romano nunc sacra Pontifici.
 Quã bene! qui mortis nunc est mortalibus auctor
 Morti sacratas obtinet ille domos.

AD CL. V. IACOBVM LECTIVM I. C.
 De Iure, arte æqui & boni.

Ius æqui atq; boni quidam quum diceret Artẽ,
 Non æquum sed equum barbarus ore sonans.
 Nasutus contra de circumstantibus vnus:

Hac si ars, inquit, equi est, ars sit & ista bouis.
 Sed nimis indignum est, hac ars æquiq; boniq;
 Servire ut bubus vel videatur equis.

Sed magis hoc miserum est, quod sint praesepia
 multis,

Qua fuerant legum pulpita, nunc a sinis.
 Sint tua doctores, Lecti, qui exempla sequantur:
 Redditus & fuerit Legibus omnis honos.